



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

15 de Xenodochiis, & aliis piis locis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

14 ¶ Modus ¶ funerum & luctus etiam varius, eaque de re cauit lex decemuiralis, *Extenuatio summi tribus viciniis & vinculis purpure, & decem tibiisibus, tollitq; lamentationem, ut ait Cicero, 2. de legib. & Solon apud Plutarchum, in vit. Solon. Mulieres inquit genasue radunt, neve lessum funeris ergo, habent. Cic. 2. de legib. Laniabant quippe genas & faciem, qui olim lugebant, ut innuit de Anna Didus lotore loquens Virgilius, 4. *Æneid.**

*Audit exanimis, trepidosq; exterrita vultu
Vnguis ora foror sedans, & pectora pugnis
Per medios ruit, ac morientem nomine clamat.*

Diuellere & comam in luctu mortis, ut facit apud Homerum, *li. ad. 10.* Agamemnon & Actianus. Addebatur & funeribus Tibia, ut Ouid. 6. *Fastor.*

*Cantabat, moeste tibia funeribus. Et Statius in Thebaide.
Cui signum luctus cornu grauis iungit admissa
Tibia, cui teneros suetum producere manes.*

Aderat & aliquando tuba, verum in nobilium funeribus olim tuba, in pauperum & plebeiorum tibia, canebant antiqui, *Turneb. in 2. Cicer. de legib.* Eo pertinet quod scribitur a D. Matth. defuncta filie et iudam principis, rogatum ab eo Dominum Iesum Christum, illuc peruenisse, & inuenisse imbi tibiicines, & turbam tumultuantem, *D. Matth. c. 9.* Erat & fanus censorium vitarum saepe maioribus, quo mortui ceremoniis omnibus & pompa amplissima efferebantur, solum non nisi magis viris & de republ. bene meritis tribui. Imperabat praconi suo praetor ex senatus decreto, ut tale funus indiceret: inde *funus indicatum*, apud Suetonium, *in Iulio c. 8. 4.* Erat apud Pompeium festum 9. indictum.

15 ¶ Celebritas supremi diei & officium funebre, quod in funere exequitur, exlequitur sunt. Adest ¶ & pompa, & exlequiarii maior solemnitas in sepeliendis viris de Republ. bene meritis, ut in Lucilio Longo, funus factum apud Coru. Tacitum, *lib. 4.* Angusto Octauiano, apud Dionem Cassium, *lib. 48. hist. Rom.* Aderant in funere diceudo accense faces, *Corn Tac. dum agit de Augusti funere Virgil. in lib. Æn. dum de Pallantis funere agit. lecti funebres, Florus lib. 4. 8. epi. Livii.* praecedebant sacerdotum collegia, *Appian. in Sylia funere.* & praeferebantur omnia mortui ornamenta, maiorumque imagines. Procedebant funus more prisco, sequebantur homines, quasi post ipsum defunctum morituri subsecuturique, a quibus dicebatur, *valenoste sequemur.* Inde & dicta exlequitur, ut apud Donatum legitur in illud *Petronianum, funus interterim procedit, nos sequimur.* Et si aliquando alius ordinatus, praecedente pompa sequente mortuo, ut apud D. Hieronymum legitur de funere *Blesilla. epist. ad Paulum de dormitione Blesilla.* Legimus autem & apud D. Lucam in funere filii viduae turbam ciuitatis multam adesse, cum Dominus eum suscitauit, *D. Lucas c. 7.*

16 ¶ Simpliiores ¶ homines aliquando decedentes inebat se sepeliri, secumque ornamenta quaedam: quod non facie dum tamen iuriconsulti tradunt, nec voluntariis defunctorum circa funus illegitimus obediendam, *luc. si quis § funeris, & sequen. de relig. & iur. funer. l. fin. § fin. de aur. & a. gen. leg. l. seruo alieno. § fin. de leg. 1.* Inuehitur in eos, qui sepelira magna, ut trophaea, aedificant, *Diasus Chrysostronus homil. in Pjal. 38. tomo 1.* Scribit tamen Iosephus, *lib. 7. antiq. c. 16.* Salomonem, Dauidem patrem cum multis diuitiis sepelisse, & ab eius sepulchro Hircanum pontificem, ut liberaret ciuitatem ab obsidione Antiochi filii Demetrii. accepisse tria millia talentorum, Herodemque partem accepisse. Refert Athenæus, *lib. 4. tit. 18.* aliquem aureos nummos multos deglutisse cum in extremis laboraret, & ita mortuum: alium in lago aurum confuisse eoque se induisse, & inuisse familiaribus suis, ut eura ita indurum sepelirent, neque viderent, aut cultum quandam adderent. ¶ Syracusii ¶ funebrem pompam prisco more supra modum sumtuosam excoluerunt, sumtus tamen in funeribus confuetos, postea praescripto modo coeuerunt, adiectis etiam in lege funerum actionibus, *Diodor. Sic. lib. 11.* Cyrus, *Xenophon. lib. 8. Cripied. rex Persarum* moriturus iam, & sepulturam sibi eligens, iussit filiis suis, ut corpus suum tantum terra conderent, ut intra commune omnium rerum matris gremium, non autem auro vel

17 argento. ¶ Sepeliebantur senim antiquitus mortui terra, *Gen. 23. 47. 49. 50. Tob. 4.* non autem vrebantur nec Romae quidem, vique ad tempora Syllae, *Cicero 2. de legib.* qui voluit cremari, metuens, ne tallionem reciperet erutorum corporum sepulcorum, *Plin. lib. 7. cap. 5.* Et scio barbarorum quosdam corpora suorum vultibus lananda insepulta proiecisse: alios in flumina, alios suos senes de rupibus praecipitasse, ut hyperboeos, *Pinus lib. 4. cap. 12.* alios viuas vxores cum cadaveribus maritorum in rogam

iniicere solitos, ut Erulos, *Procopius. lib. 1. de bello Gothico.* Sed hęc filenda potius puto, ut ritus crudeliter Sytharum in sepultura regum, cum quibus & quinquaginta regis micistros inglabant, *Herodotus in Mesopot. Et Indorum, cum quorum cadaveribus vxores vitam relinquebant, Oulor. 2. Max. lib. 2. ap. 2.* ¶ Inuentum ¶ Phrygum, Praefica sunt: quae erant mulieres conducticiae, quae ex aliorum animo, mores quae ad se nihil peritabant, cum mercede deslebant. Naniamque, quod Phrygum ve. H. b. iam est vocabulum, seu Latine lessum agebant ad tibiam. Quod innuit Varro, *lib. 4. de vita populi Roman. lib. 5. inquit, a muliere qua optima voce esset, Pergama laudari, deinde Naniam canari postquam ad tibiam, & ad fides eorum, qui iudis Troicis custodissent.* Haec mulier olim vocitata fuit Praefica, vique ad secundum Ponticum bellum. Et Papinius in *Epicidio patris.*

*Vi Pharios alta fecta pietate dolores,
Migdoniosq; colani, & non sua funera plorant.*

De Xenodochiis, & aliis piis locis.

C A P. 15.

1 Remissive de his ibidem.

DE Xenodochiis, ¶ prochorophis, & aliis collegiis piis & religiosis, diximus in personis ecclesiasticis suis locis, & de deferenentia beneficiorum horum, & aliorum, nempe lib. 15. cap. 28.

De feriis, festisque, & profestis diebus.

C A P. 16.

Lib. 2. C. tit. 12. Lib. 2. Decret. tit. 9. Lib. 3. C. tit. 12. *M. J. M. J. M. J.*

- 1 Festorum institutionis causae.
- 2 Dierum diuisio in festos, praefestos, & intercosos.
- 3 Ferie publicae, familiares, propriae publicae, rusticae, conceptinae, imperatiuae, aut nundinae, & de singulis: item de nomine feriae.
- 4 Feriarum, alia in honorem Dei, quaedam ad homines pertinent.
- 5 Statuae feriae, quae apud Hebraeos, & Ethnicos.
- 6 Festa nobis Christianis, quae mobilia & immobilia.
- 7 Quae feriae conceptinae Ethnicos, & nobis.
- 8 Quae feris messium aut vindemiarum tractari a magistratibus possunt: idem nu. 20. 23. 25.
- 9 De feriis nundinarum.
- 10 Ferie publicae vel alterius latitiae, de festo seruorum, cantorum, & de aliis, lagophoria saturnaliibus, carnisprino, & Iudeorum saturnaliibus de festo phurim, seu sortium & aliis eorumdem.
- 11 Veneris festum de gustandis viniis.
- 12 De feriis imperatis seu epicinis aut indictis ex variis causis capitarum ciuitatum, vel oriarum, renouari imperii, vel ob alias res prospere gestas, & in honorem principis, aduentus iucundi principis. Constantini & Helena festum: b. l. l. l. & indictum quale ieiunium Padoarum ob incensam Hierosolymam.
- 13 Romanis festum nullum aratum, ut aliis nationibus.
- 14 Ante prodios festos pontifex iunior futuris fortis nuntiabat: & quomodo luna obseruata.
- 15 Incipiebant apud Hebraeos, & Romanos menses a luna noua, & inde fasti computabantur.
- 16 A quibus abstinentium feriarum diuinarum tempore, & de superstitionis in eo Iudeorum.
- 17 Nundinae & mercatus diebus festis inhibiti.
- 18 Venari festis diebus a Carolo Magno prohibitum.
- 19 Nefasti & fasti dies cur dicti iustitii.
- 20 Quae tempore festorum iudicialia non possunt fieri, & quae possunt.
- 21 Festis diebus in dacia olim inter hostes & exercitus.
- 22 Capite damnati ob mysteria diuina violata.
- 23 Quid denicales feriae, & quid in his prohibitum agere: & quae feralia & parentalia.
- 24 Festi dies interdum si plures sint, quam operibus vacari possit, restringuntur & expunguntur: ut ab Episcopo, & quomodo.
- 25 Quibus sacris diebus prius Christianus animum intendere debet, & quae debeant ex abusu recepta reuocari.
- 26 De non colendis calendis Ianuarii.
- 27 Sirene caendit Ianuarii dantur.
- 28 Lato ¶ tradit. 2. de legib. Deum, genus hominum laboribus natura preffum, miteratum, haud abs re in laborum remissionem, solemnitas illis sacra, festaque in ipsorum Deorum honorem instituisse.